

274 Infulum ferie varietas exflare potest. sed in anno- rum duntaxat ab Urbe condita numero; quem Scrip- tores illi in hac Catonis historia nequaquam exprime- runt.

Cap. 137. Est etiam inter auctores annorum quinque discrimen in statuenda Carneadis aetate. unde aliud nova Chronologia subsidium oritur. Siquidem M. Cicero, & Va- lerius Maximus tribuant illi annos xc. Laertius ex Apollodoro, annos lxxxv. Tum isti quoque anno quarto Olympiadis cixxi. decessisse putant: qui quidem annus cum Urbis condita dccxiv. anno Capito- lino congruit; & juxta Fastos communes est centesimus vicefimus nonus ante Christum. Sed nova Chronologia quinquennio minus, centesimum vicefimum quartum ante Christum numerat.

Ego vero ratiocinationis illius acumen non video. Non enim Urbis annos cum Olympiabus aucto- res isti comparant. Quod nisi fiat; probari nihil inde poterit. Quod autem Olympiadis cixxi. anno quarto, id est Julianae Periodi 4585. vel 4586. mortuus sit Car- neades; adeoque centesimo vicefimo nono vel octavo ante Christum; persuadere quod ex veterum auctoritate scribit Laertius, moriente Carneade decessisse Lunam. παρ' αὐτῆς δ' αὐτῆς φασὶν ἐκείνην ἡμέραν αὐτῆς ἐπύκνωση γενεῶν (ὡς ἂν ἀπὸ τῆς ἀνιψήθους ἢ μετ' ἡλίον κωλύει τὸ ἄστυ. Moriente autem ipso Lunam decessisse memorant: quidam ut mortis illius sensus ac dolor in pulcherrimum post Solem sidus redundasse videatur. Atqui anno quarto Olympiadis cixxi. sive Iphiti dclxvi. Luna bis de- fecit. Primum anno Periodi Julianae 4585. cyclo Lunae vi. Solis xxi. littera Dominic. C. B. Novilunium me- dium eclipticum ex Tabulis nostris Novembris v. feria vii. hora 13, 36. Athenis. Vera conjunctio hora 2, 47. post mediam noctem apparenti tempore. Latitudinis motus exquisitus Sign. 3, 22, 39. Latitudo 36, 19. Tenuit horas 3, 24. fuitque digitorum 8, 18. ferè. Altera contigit anno sequenti, Periodi Julianae 4586. eodem Iphiti anno labente; Maii 11. hora 5, 38, 55. Sole in Tauri gradu 6, 55. vero motu residente. Fuit autem digitorum xi. adeoque tota defecit. horarum praeterea 3, 34.

CAPUT XL

Pergitur in refellendo quinquenniali anachronismo; ac Philostrati, Dionis, Seneca, Taciti, Diodori, testimonia occurritur.

MOS est ille Scriptorum ignotus nemini, quoties minimus aliquis numerus majorem ultra calculum excurrit, aut infra eundem est, eo neglecto rotundam, ut aiunt, summam concipere. Hujus rei ne exempla quidem commemorare attinet; quae ut copiosa, sic usu planè contrita sunt. At Nova Chronologia certis hujus generis ex locis quinquenalem in Fastis vulgaribus redundantiam asserere pergit. quae quidem, ut & reli- qua eodem spectantia, capite isto persequar: tum ne qua veterum in auctoritate latebra novitati illi reliqua sit: tum quòd alioqui non injucundam historiae cupidis, & ad muniendam temporum ἀκεχονίαν profusum utilem contemplationem habeat variorum argumentorum, ac testimoniorum ista tractatio.

Scribit Philostratus lib. v. cap. ix. post Augustum, à quo Romana Respublica constituta est, ad Vespasia- num usque per annos quinquaginta favissimas in Urbe grassatas esse tyrannides. Atqui Vespasianus coepit an- no Christi lxxix. Augustus verò mortuus est anno xiv. secundum vulgares Fastos. Intervallum anni iv. Igitur quinque annis redundat annales. Verum minorem hoc loco numerum prudens omisit Philostratus, hoc est quatuor ad summam annos, fit quidem tyrannicum ih- lid tempus ad Neronis usque mortem propagare licet.

Cap. 218. Eodem jure Dio lib. xi. iv. Julium Caesarem πενήνητον nominat, id est quinquagenarium, eo anno quo mortuus est, quem Suetonius, & Plutarchus occisum referunt anno aetatis lvi. Neque propterea Fastis vul- gariis inurenda labes est: quasi ex Dione corrigendi sint. Etenim cum Dio longè post Neronem vixerit; à cujus morte quinquenni vitium in Fastos irrepisse No- va Chronologia statuit; idem hoc sollicit vitium expres- surus erat, ac verum, accuratissime numerum quin-

quennio superaturus: si quid observatio ista firmitatis haberet; non totidem annis detractis sinceriores in Chronologiam incurrisset.

Ita Seneca Epist. xci. de Lugduni incendio scribens, Haec inquit, colonia ab origine sua centesimus annus est. Credit autem Nova Chronologia auctor hac Senecam scripsisse sub anno Christi lxxxi. ad quem ab anno Juliano 111. quo à Planco conditum est, anni in Fastis communibus intercedunt cv. solidi. Sanè Tacitus sub finem anni U. C. dcccxi. quo Coss. fuere Silius Nerva, & Julius Atticus, qui est Christi lxxv. Neronem scribit cladem Lugdunensem quadragies sestertio solu- tum esse. quo vero anno conflagraverit, non satis apparet. Calvisius id anno Christi lvi. Neronem 111. & Valerio Messalla Coss. accidisse memorat: & post an- nos vii. Neronem ei succensisse. atque auctorem Tacitum citat. Sed non memini id à Tacito scriptum. Quòd si anno illo succensa urbs est; accuratissima est Seneca putatio. alioqui τὸ ἔσθλα neglexerit.

Ad hæc Plinius à morte Virgilii, quæ Saturnino & Capu- Lucretio Coss. accidit, anno U. C. dcccxxv. ad id tem- pus, quo scribebat, hoc est ad annum U. C. dcccxxx. annos numerat xc. lib. xiv. cap. i. cum tamen vulgò quinque amplius intercedant. Hæc Nova Chronologia: quæ id sumit, anno U. C. dcccxxx. ita scripsisse Pi- nium. At quinquennio ante commentari potuit; ut iusta hic etiam annorum summa concepta sit. aut certe rotundum numerum perfectus esset.

Apud Tacitum porro, ubi Coss. Nerone iii. & Mes- C. B. falla, id est U. C. dcccxi. scriptum est lib. xlii. post tres & sexaginta annos absolutum esse aggerem con- tendo Rheno à Paullino Pompeio, quem Drusus in- choarat; legerim post sex & sexaginta annos. Ita con- gruet numerus. Nam Drusus anno ab U. C. dcccxv. novissimam in Chattos, & Cherufcos expeditionem egit; nono ante Christianam aetatem: à quo ad annum Christi lvi. sexaginta sex implentur anni. Ut verò res habet, nequaquam annorum quinque, sed ad sum- mum duorum discrimen intercesserit.

Aliud ex Diodoro Siculo conjecturae nova praesidium quæ assumitur, quod is in Praefatione Operis testatur se xi. libris

275 quasi συζητήσθαι τὸ πάλεμον idem sit, quod ἐν ἀρχαίῳ ἔλαι. Hoc verò minimè procedit. Nam & pro τὸν ἑλνῶν bis ἀκούω rescribere, nimis audax facinus est: & συζητήσθαι πάλεμον, quod nemo dubitat, idem est, ac commis- sum est, intumque bellum. Deinde annus Urbis con- dita Capitolinus dcc. initium dedit anno secundo Olympiadis cixxxi. non cixxxi. Ideo ne hac quidem ratione constare potest Diodori calculus.

Atenim Diodorus lib. v. pollicetur suo se loco de Britannii, & expeditione in eas Julii Caesaris acturum. Igitur ad id usque tempus historiam perduxit. Nostra hæc itaque suspicio est; Diodorum cum ad scribendam historiam accessit, adeoque cum librum illum quintum præ manibus habuit, plura complecti voluisse: & lon- gius historiam proferre: postea mutato consilio eandem ipsam initio belli Gallici terminasse: idque in Praefa- tione sua posuisse, quam perfectò jam opere, ut asse- ler, elucubravit.

Rufus ex Africano Christiano, & antiquo Chro- nologo ejusdem novæ opinionis firmamentum efficitur. Etenim, ut ex Fragmentis à Scaligero editis constat, testaturque Photius, Cestus ille suus ad annum Chri- sti cxxxi. in eunt perrexit, quo Coss. fuere Gratus, & Seleucus: nec non ad finem Olympiadis cexlix. ac demum annorum se 573. historiam perscripsisse dixit. Jam cum anno mundi 5500. natum esse Christum sen- tiat Africanus, annus ille, qui Gratum & Seleucum, Coss. habuit, est illi cxxxi. à Christo; ab exactis verò regibus, 725. quibus additi regum anni 243. conficiunt 968. è quibus deductis 221. restat annus Urbis 737. quo Christus ortus est, quinquennio prius, quam vulgò in Capitolinis fastis natalis illius prius.

Ad hæc facilis est responsio. Neque enim Africanus apud Photium, aut in excerptis Scaligerianis, annos ab exactis regibus computat, neque calculos eo modo subducit, quem Nova Chronologia disferit. Photius N. xxiv. refert Africanum libros xv. edidisse, quos in- scriptis κέσε: quibus ab orbe condito ad Christum his- toriam omnem complexus est. ac deinde à Christo ad Macrini imperium cursum ac leviter gestarum rerum mentionem attigit. tum in fine ipsum scribere, se an- norum 573. historiam profectum esse. In Excerptis Scaligerianis idem Africanus asserit, Olympionicas in Atheniensium laterculo notatos esse numero cexlvi. annorum dcccxxxix. Olympiades 248. solidæ colligunt annos 992. Harum Olympiadum ultima coepit anno Iphiti 989. Proinde non plures quam 248. Olympionicas notavit Africanus: hoc est ad primum annum Olympiadis 248. seriem propagavit: neque ducentesimæ quadragesimæ nonæ stadionicam adscripsit. Sanè Photius delituisse scribit Africanum in Macrini imperio; quod quidem orsus est anno vulgari Christi cxxvii. quo ducentesima quadragesima nona Olympias iniiit. ac totidem in Excerptis Scaligerianis Olympionice descripsi sunt. Sed si vera sunt, quæ ex Afri- cano pag. 37. referuntur, ultimus Olympionica ab eodem notatus est Olympiadis 248. anno Christi 213. ut illius historia desierit anno Christi 216. Non igitur ad Grati & Seleuci Consulatum pervenit.

Sed adversus novam Chronologiam satis hætenus multa disputata sunt. Nam cetera illius argumenta sparsim, ac propriis in capitibus explicavimus. Ex iis autem omnibus summa quaedam conficienda nobis est; ut integros esse Consulares Fastos, ac ne uno quidem anno contractos, vel auctiores esse posse breviter ac dilucidè colligamus. Quòd igitur nihil vulgariis in Fastis immutandum sit; nedum quinquennio mutilari eos oporteat; ex iis potissimum Solis ac Lunæ defectionibus ostenditur, quas suis locis attulimus. Anno quippe dxxxvi. ab U. C. Coss. notantur in Fastis L. Aemilii Paullus 11. & C. Licinius Crassus. Horum Consulatum lunari defectione insignis est; quæ æstivo tempore inter secun- dam noctis horam & quartam contigit. ut Livius lib. xl. v. Plutarch. in Aemilio, alique testantur. Tempus est in ea nocte, quæ inter Junii xxi. & xxii. intercedit: anno Periodi Julianæ 4546. ante Christianam aetatem 168. Rufus anno illo, quo Coss. fuere M. Vinicius 11. & Statilius Corvinus, Solis defectio incidit Kal. August. quam & Claudius Imperator edicto futuram admonuit: ut Dio lib. lx. refert. Intervallum annorum

istorum duorum neque minus neque majus esse potest, quam 232. Atqui totidem in Fastis vulgaribus Con- sulum paria recententur. Falsum est ergo, quod Nova Chronologia persuadere nititur; ante annum U. C. dc. octennii ἀπορρησμένον in Fastis admittillum fuisse. Quem enim annum insigni illi defectioni post annos octo præ- finit cap. lxxxvi. ostendimus supra, nulla omnino ra- tione congruere. Idem & ex hujus defectionis cum al- tera lunari, quæ sub Augusti mortem incidit, com- paratione colligi potest: vel cum illa solari, quæ Vi- psiano, & Fonteio Coss. anno Christi lxx. commissa est, Neronis anno quinto, inter septimam & octavam horam dici in Campania. ut auctor est Plinius lib. 11. cap. lxxx. Adde lunares omnes defectiones, & observatio- nes alias Ptolemæi, quæ annis Nabonassarais, & Roma- norum Imperatorum notatæ leguntur; Trajani, Adria- ni, Antonini. quæ cum prioribus illis, & ea potissimum, quæ anno U. C. dxxxvi. contigit, collatz, certissimam intervalli totius fidem asserant. Possunt itaque studio- si temporum lectores ex iis observationibus, quas par- tim propriis in capitibus librorum ix, x. & xi. comme- moravimus: partim hoc ipso libro proximis capitibus congressimus, duas pluresve feligere, quarum una, alte- rare suspectum corruptelæ annalium tempus antecedit, aliæ infra idem tempus acciderint; secundum Nova Chronologia sententiam, quam supra retulimus. Sic enim intelligent, nullum neque detrahendum Fastis Con- sularum, neque addendum videri.

Nam quod de annis Romanorum Imperatorum ad Nabonassaræos apud Ptolemæum additis conjectatur auctior Chronologia Novæ non eos à Ptolemæo, sed ab aliis ex depravatis annalibus adextos esse; gratis omnino fingitur. Quam enim facile dicitur, tam à nobis facile negari licet.

Sed nec generalis illa præscriptio, quæ iam Scriptor contrarias omnes auctoritates summovet, probari potest. Ait enim nihil ea testimonia contra Chronologiam suam efficere, quæ ab illis Scriptoribus usurpantur, qui corruptos Fastos amplexi sunt: ut putat Dione. Atqui illos ipsos, sicubi commodum est, opinionis, in- ventique sui suffragatores adhibet passim. Ex Dione, inquam, Plutarcho, Tacito, Suetonio; imo verò ex recentioribus Scriptoribus, Clemente Alex. Africano, Agathia, Marcellino Comite, Georgio Syncello, & aliis testimonia conquirunt, ut annis quinque mutilan- dos esse Fastos approbet. Quod quemadmodum facere possit non video, si, quod sub finem operis excipit, depravatis illi Fastis usi fuerint. Hoc enim est pro ar- bitrio modò sinceris iis Annales, modò redundantes, ac vitiosos affingere.

Non ero in excutienda nova hac opinione, Chrono- logiaque longior: & hoc ipsum, quod feci hætenus, ut contra eruditissimi viri sententiam disputarem, non contradicendi æquidem voluntate; sed suscepti, insti- tutique operis necessitate præstiti: ut qui temporum doctrinam omni ex parte stabilitam, ac liquidam tra- dere his in libris cuperem, ab ea potissimum labe de- fenderem, quam omnium illi sine dubio maximam & gravissimam inuisti.

DE HIERONYMI VECCHIETTI

anno Primitivo, ejusque Chronologicis erroribus contra communes sententias nuper asseveratis.

CAPUT XLI

Explicatur ac refutatur anni Primitivi ab illo excogitati methodus. Ostenditur ejus structuram secum ipsam confingere.

EX iis, qui adversus communem, & ab eruditissimis viris receptam Chronologiam novissime disserue- runt, superest refellendus alter; qui novum insuper ge- nus anni commentus est, & trienni vulgares Fastos augendo esse docuit. Hic est Vecchietus Florentinus, qui se Ægyptium cognominari voluit: & ante tres cir- citer annos immanem Chronologiam edidit, cui Primi- tivi anni titulum inscripsit. In hoc verò illius Opere duo funt excutienda. Alterum contextus anni, quem Primitivum vocat, & ab Adamo posteris traditum,



atque ab Judæis perditum retentum esse dicit. cujus scientiam divinitus oblatam sibi esse proficitur. Alterum historicorum temporum, atque epocharum certa ratio. Ac cum in utroque multum, & graviter hallucinetur; in posteriore vero permisceat, ac conturbet omnia: nos in ambo illa singillatim inquiremus. De priore itaque primo loco disputabimus.

Anni primitivi forma, cujus methodum ille tradidit, quique Tabulas omnes occupat, lunaris est, perque decemnovennales cyclos progreditur. Ita fit, ut ad Solis quoque circuitus exigatur. Etenim duo illi propofita sunt; ut & menses omnes ad Lunam directi sint, eorumque Neomenia, in novilunia, quoad licet, incurrant; & solaribus quoque cardinibus lunarium mensium, & annorum sistema respondeat. Anni lunares novemdecim cum embolimis septem paullo minus colligunt Julianis totidem: quorum excessus, ac *ἄρσενος* post annos circiter ccciv. sive xvi. Enneadecæteridas, solidum diem efficit: ac tantumdem Neomenia lunares in anteriora retrocedunt. Rufus annus Julianus, ac civilis Tropico, & *ἀνεβή* Solis anno minor est ea quantitate, quæ paulatim conflata diem unum annis circiter cxxx. conficit. Quocirca post annos ferè cccc. tri-duo Sol Julianos cardines antevertit. quæ omnia Parte prima, libro præsertim v. Operis hujus exquisitius perspecta sunt. Ut igitur ambo hæc in concordiam adduceret, & ad civilem popularèque formam aptè temperaret, Neomeniam lunarem in anno quolibet eam esse primam jussit, quæ autumnali æquinoctio propinquior est. (Nam ab autumno primitivum annum orditur; quo etiam tempore mundum esse conditum existimat.) Primus ergo methodi labor est, æquinoctiales cardines annis singulis in anno Juliano latere. tum Novilunium, quod ab autumnali propius distet, eligere. Utrumque porro ex Alphonfi tabulis excerptis; quas Prutenicis, adeoque ceteris anteponit omnibus. Verum quoniam solaris atgressio, sive *ἄρσενος* non iisdem passibus cum lunari procedit; sed hac illa celebris est, huic incommodo sic medetur. Postquam enim æquinoctium autumnale in anteriora tanto spatio retrocessit, ut à Neomenia longius abset, hoc est ultra gradus ferè quindecim; tunc fit *ἀνκατάστασις*, hoc est pro embolimo, ac postremo mense primus statuitur, & embolimus annus in communem; communis in embolimum convertitur. Initium mutationis hujus ab anno decimo capitur; qui cum tredecim hæctenus menses habuisset, atque à xx. Octobris inchoatus in Novembris septimum desisset, post annos ccxviii. absolutos, annus ducentessimus decimus nonus ex embolimo fit communis; propterea quod si pristino in statu maneret, anni sequentis Neomenia in Novembris viii. incurreret: qui dies, ob æquinoctii anticipationem, cadit in gradum Libræ xvi. ac nimirum ab æquinoctio distat. Idcirco Neomenia primi mensis in anno decimo in viii. Octobris confertur: quo die embolimus mensis hæctenus inierat. Deinceps verò similis in annis ceteris *ἀνκατάστασις* ac mutatio continget, post annos cccc. quibus autem in annis accidat, docebit annorum cycli continua per undecim progressio: nimirum 10, 2, 13, 5, 16, 8, 19, 11, 3, 14, 6, 17, 9, 1, 12. Prima, uti diximus, *ἀνκατάστασις* incurrit in annum mundi 220. Secunda in annum 630. cyclo Enneadecæteridis secundo. Tertia in anno 1040. cyclo 13. & ita deinceps annis semper interpositis cccc. Conditi orbis epocham Vecchietus in anno illo constituit, quo Novilunium in xxix. Octobris die commissum est, hora 13, 20'. post mediam noctem, in Alexandrino meridiano, feria 1. in gradu Libræ 4, 48'. Quare æquinoctium per id tempus in xxiv. aut xxv. Octobris incidit. Fuit annus iste Julianæ Periodi 761. cyclo Solis v. littera B A. Lunæ 1. Quippe Dionysianam æram conjicit in annum Julianum ab orbis initio 3953. qui numerus de 4714. (in quem communis æræ primus congruit) detractus, relinquit 761. cujus in autumnum mundi ortus incidit. Hæc mirifici anhi summaria descriptio, quem à se divinitus ille compertum, ac longo intervallo cognitum affirmat; cum hæctenus longa sepultus oblivione jacuisset. Prima autem Enneadecæteridis typum, in qua consequentes omnes *ἀνκατάστασις* intelligimus fieri, ex eodem Scriptore subjecimus.

CYCLUS LUNARIS primus Hieronymi Vecchietti.

Table with 2 columns: Roman numerals (I to XIX) and corresponding months/dates (e.g., I Octobris 29, II Octobris 18, III Novemb. 7, etc.)

Embolimæ, ut vides, anni sunt septem; è quibus quatuor xxxi. diebus constant. quoniam anni lunares simplices novemdecim cum embolimis tricenariis septem, dies colligunt 6935. Ita quatuor dies, horz circiter sedecim, ad complendam Enneadecæteridem desunt. Igitur integri dies illis mensibus superfunduntur.

Contra novum hoc anni Primitivi commentum prima illa possunt excipi, quæ adversus annum Scalligeri celestem lib. iv. superiore disputavimus: non constare, utrum Alphonfinus modus vetustissimis illis temporibus congruat; imò certum esse minime convenire, si quidem exacta cardinum momenta quarantur; quod Vecchietus facere studet. Hoc adempto, mutat omnis illa structura primitivi anni, neque, ut persuadere laborat, divinum est inventum, sed minime probabilis artificii, otiosæque descriptio. Tum hoc parum in eo commode, quod dum civiles Neomenias ad exacta novilunia dirigit, iisdem cyclis redeuntibus, etiam ante legitimum *ἄρσενος* intervallum, aliis atque aliis in Juliano mense diebus assignat. quod ut in astronomico cyclo, propter anomaliam sideris, necessarium est; sic in populari vulgòque usurpata forma, qualem suam esse fingit auctor, nequaquam probatur. Debent enim constanter ad eosdem adherescere dies, donec stata, descriptaque *ἄρσενος*, vel *μεταπλάστου* intervalla redeant. uti libro vi. adversus Scaligerum ostendimus. Exempli causâ; anno primo cycli, qui è mundi primus est, Neomenia anni primitivi cadit in Octobris xxix. anno postea xx. eodem cyclo redeunte, tribuitur Octobris xxx. anno xxxix. redit ad Octobris xxix. anno lxxvii. Octobris xxxviii. Eadem è in annis reliquis inconstantia. Sed hæc, & id genus alia primitivi anni vitia, & incommoda utcumque diffimulentur: illud sine controversia minime ferri, excusative potest; quod contra hypothesim suam imprudens multa peccavit. Nam cum imprimis hoc studeat, uti Neomenia prima non ultra gradus quindecim infra Libram constet; id ipsum tamen infinitis in locis ex methodi ratione accidit. Anno primitivo cccx. cyclo Lunæ xi. Neomenia, quæ in Novembris viii. cadere debebat, in Octobris viii. translata est, & annus cycli x. qui hæctenus embolimus fuerat, communis est factus; embolimus verò in sequentem annum traductus. Hujus rei causam hanc attulit lib. i. cap. xvi. quod aliqui, si sequentis anni Neomenia, cyclo xi. conferretur in Novemb. viii. incidere

incideret in gradum Libræ xvi. Anno quippe cccx. æquinoctium convenit in Octobr. xxiii. feria 2. hora 8, 39'. à meridie, hoc est in Octobr. xxiv. Ab hoc tempore, ad Novembris viii. sex sunt dies. Ita Libræ gradus in viii. Novembris incurrit. Hæc ille. Quoties ergo Neomenia in gradum Libræ xvi. aut in Virginitis xv. incidit, rejicula vitiosaque sit oportet. Atqui sepe numero primam anno Neomeniam confert in xvi. vel xvii. gradum. Anno ab orbe condito Juliano 610. cyclo Lunæ 111. Neomenia primi mensis notatur in Tabulis v. Novembris æquinoctium Octobris xx. qui decimus septimus dies est ante Neomeniam. Annus hic erat Periodi Julianæ 1371. cyclo Lunæ 111. Solis xxvii. Littera B. Æquinoctium ex Alphonfinis Tabulis in meridiano Alexandrino, Octobris xx. feria viii. hora circiter nona post mediam noctem. Igitur quintus Octobris dies, hoc est Neomenia anni Primitivi, incurrit in gradum xvii. Libræ. Sanè iisdem ex Alphonfinis tabulis Sol decimum septimum Libræ gradum vero motu fuit hora circiter secunda post meridiem Novembris v. in Merid. Alexandrino. Sic anno Primitivo 717. Neomenia 2. Novembris, decimo sexto die post æquinoctium, quod incidit Octobris xviii. Rursum anno Primitivo 736. æquinoctium Autumnale Alexandriae notatur Octobris xvi. feria vi. Neomenia verò Novembris tertio, Sabbato. (Sed errore typographico 16. Octob. irreptit pro 19.) Esto igitur æquinoctium Octobris xix. Neomenia decimum sextum diem obtinet ab ingressu Libræ. Sic annis 774, 945, 983, 1051, 1127, 1146, 1222, 1279, 1404. & aliis plerisque, Neomenia decimum sextum diem occupat ab æquinoctio: & quod gravius est, decimum septimum. ut in annis 812, 907, 726, 964, 1021, 1203, 1317, 1336, 1393, 1412. Interdum & diebus octodecim abest ab æquinoctio Neomenia: ut in annis 1002, 1431. Alias Neomenia prima 16. vel 17. diebus æquinoctium antecedit: ut in annis 1040, 1078, 1097, 1192, 1469. At in annis Christi, posteaquam primus mensis vernalis in tempus est translatus, æquinoctium vernalis Neomeniam primi mensis non raro diebus 16. aut 17. aut etiam 18. antecedit, vel sequitur; ut in 354, 1055, 1074, 1153. Quæ nos exempla carptim, ut quisque primam annum occurrerit, in speciem produximus. Magna itaque labes est novi illius inventi, quæ & ex eo conflata est, quod ejus auctor post annos demum 410. primas annorum Neomenias mutari jubeat, & embolismorum translationes, sive *ἀνκατάστασις* fieri. quod anni Tropici *ἄρσενος* velocior quam lunaris non patitur. Etenim post cyclos xvi. sive annos cccxviii. Tropicus annus lunares epochas uno die antevertit. Anni quippe Tropici cccxviii. dies colligunt 83275. horas 6, 12'. Lunares verò, 83276. hora 6, 29', 20'. Discrimen unius solidi diei: quo Neomenia lunaris infra Tropicos terminos cadit, quam *ἀρσενος*, vel *μεταπλάστου* appellant. Cum igitur in annis cccc. bidui ferè *ἀρσενος* incidat, Vecchietus, perinde ac si diei dumtaxat unius eveniret, spatium illud *ἀνκατάστασις* præfinit. Esto enim, verbi gratiâ, autumnale æquinoctium in Octobris xx. Neomenia verò primi mensis Novembris tertio, quæ ex methodo remotissima est; cum ultra xv. diem prorogari non debeat. Post annos cccxviii. eadem Neomenia cadet in xvi. gradum Libræ; proindeque rejicula fiet; & ad secundum mensum pertinebit. Nihilominus anni Primitivi conditor ad annos præterea cxxx. illam in statione continet. Quocirca methodus illa omnis, & commentum anni primitivi minime cohæret.

CAPUT XLII.

Exponuntur historici errores à Vecchietto commissi: & argumenta ejus omnia diluuntur.

Hæc sunt, quæ in annorum contextu animadvertenda duximus. In historia porro, intervallisque temporum, & epochis longè etiam vehementius aberrat; neque quicquam est ferè illius in Chronologia fincerum, ac reprehensionis expertus.

Primus, & latissime diffusus error est in anni Juliani situ, ac primordio constituto. Nam & hoc præpositè collocavit; & unum in Fastis Consularibus annum retundere sine ulla ratione credidit. Annum ordina-

tionis Julianæ primum insisse dicit Julio Cæsare v. Consule, quæ ab Urbe condita numerat septingentesimum septimum; tamen in Fastis Capitolinis octavus sit supra septingentesimum, quoniam Fastos Romanos uno anno, parique Consulibus breviores facit. Hujus rei probationem ex intervallis eclipsion assumit: duarum videlicet Solarium, quas Herodotus retulit; & Solaris unius, alterius lunaris: quarum illa Dionem, hæc Tacitum habet auctorem. Argumentandi ratio, quæ apud illum obscure concipitur, est ejusmodi. Scribit Herodotus Xerxe Sardibus movente, defecisse Solem verno tempore. Eodem anno certamen Olympicum celebratum est; quod & nos suo loco declaravimus. Accedit igitur anno iv. exeunte Olympiadi lxxiv. quam lxxv. secuta est eodem anno Juliano. Intervallum ab hac Solis defectione ad primas Kalendas Julianas, anni 433. dies 256. Contigit enim Aprilis xix. quem nos annum invenimus esse Julianæ Periodi 4233. cyclo Lunæ xv. Solis v. Alteram eclipsim Herodotus lib. ix. memorat; quæ post cladem Salaminiam evenit, cum Cleombrotus Lacedæmoniorum rex sacra quædam perageret, colat. *ἡμεῖς οὖν οἱ* (inquit) *ὅτι τῆς Περσῶν ἀναστροφῆς ἐν τῷ ἔργῳ. Ἡμεῖς ἰνερὲς ἀντιπρόσωπον Περσῶν σὺν ἐν ἑαυτοῖς ὁρῶμεν.* Tempus deliqui hujus est Octobris xiiii. annis 433. diebus 77. ante Kalendas anni primi Juliani: adeoque anno primo ineunte Olympiadi lxxv. Cum his duabus eclipsibus totidem comparat: alteram Solarem, quam Dio ante obitum Augusti Cæsaris conspectam fuisse prodidit. Ea convenit in Aprilis xxviii. ante vesperam, anno Juliano lxxviii. alteram lunarem; ad vesperam, anno Juliano lxxviii. alteram lunarem; cuius quidem Kalendis anni primi Juliani postior est annis 57. diebus 280. at prior, annis 57. diebus 118. Jam verò si annos 433. dies 256. quibus eclipsis prior Herodotea Kalendas Julianas antecedit, componas cum annis 57. diebus 118. quibus Solaris à Dione prædicta Kalendas eisdem consecuta est; summa consistet annorum 493. dierum 9. Atqui hoc intervallum ex vulgaribus Fastis tueri non possumus. Etenim Roma condita sit, ut Dionysio Halicarnassensi placuit, anno i. Olympiadi vii. hoc est annis Iphiti xxiv. & mensibus decem circiter elapsis: cum Solaris defectio, quæ Xerxis *ἀρσενος* præcessit, contigerit anni ab Iphito cxcv. cum decem ferè mensibus evoluit; hoc est exeunte cxcvi. detractus annis xxiv. mensibus x. reliqui sunt anni cclxxii. Itaque anno Urbis ineunte cclxxii. contigit Xerxis transvectio. Annos ccccxxxv. menses ferè viii. qui ab eclipsi Herodoti ad annum primum Julianum fluxerunt, adice annis cccxxi. sient anni 706. menses octo. Ergo annus primus Julianus iniiit anno Urbis 707. oct. jam inchoatis mensibus. At in Fastis Capitolinis post eos Coss. qui anno U. C. 272. fuerant, ad Consulatum iv. Cæsaris, sive annum, ut vocant, Confusionis, paria sunt Coss. 436. ita ut Consulatus iv. Cæsaris sit quadragesimus tricesimus septimus post expletum annum 272. debet autem dumtaxat esse quadragesimus tricesimus quintus, si quidem anno ipso *ἄρσενος* inclusio non plures quam 436. anni; excluso verò, 435. putantur. Unus igitur annus è Fastis eradendus est: nimirum ille, qui sine Coss. transactus à Livio dicitur lib. viii. & à Sigonio 420. numeratur.

Alterum argumentum. Livius eclipses duas memorat: Solis priorem lib. vii. Decad. iv. Coss. L. Scipione Asiatico, C. Laelio, quando adversus Antiochum profectus est Scipio. Quamquam hallucinatus videtur Livius. Nam eclipsis illa cadit in Coss. P. Cornelium Scipionem Nasicam, & M. Aclium Glabronem, à quo & expeditio adversus Antiochum est suscepta. Posterior eclipsis lunaris incidit in Consulatum L. Emilii Paulli nocte antequam cum Perseo configeret. Prior eclipsis annis 164. diebus 147. Kalendas primas Julianas antecessit. Contigit enim anno i. Olympiadi 147. Aprilis iv. Posterior autem annis 123. diebus 182. ante eandem Julianas Kalendas commissa est, Julii ii. ineunte Olympiadi cliii. Ab eclipsi prima Herodotea ad illam Nasicæ anni sunt 288. dies 355. ad alteram Emilii Consule, anni 312. dies 74. Ergo Consulatus Nasicæ annum ducentessimum nonagesimum labentem occupat ab anno transitu Xerxis; quem in U. C. 272. cadere diximus, utroque comprehenso termino. Consulatus verò Paulli est annus trecentessimus decimus tertius.



tius. Atqui in Fastis Capitolinis Nascæ Consulatus con- venit in annum urbis 761. estque ducentessimus nonage- simus primus. Itaque unius annus è Fastis expungend- us est.

Accedit & Polybii testimonium; qui Hannibalem scribit anno primo Olympiadis xxi. profectum obse- disse Saguntum. Accidit hoc exente Consulatu Livii Salinatoris, in fine anni U. C. 532. & ineunte 533. Hinc ad Consulatum v. Cæsaris, paria sunt Consulatum 174. Igitur Consulatus Cæsaris v. congruit anno ab U. C. 708. non, ut est in Fastis Capitolinis, 709.

Occur- rit supe- rioribus argu- mentis.

Ad hæc omnia ex iis, quæ libro ix. cum de transitu Xerxis, de quæ annis Olympiadis & Urbis ageremus, uberrimè pertractata sunt, perfacilis est responso. Fons est enim erroris totius in anno Xerxæ 2536. dicitur, quem contra historiam anteverit. Nihil est ex Herodo- ti narratione certius, quam æstate anni, quo Xer- xes trajecit Hellepontum, Olympicos agones fuisse celebratos: ut suo loco demonstravimus: nec Vec- chietus repugnat. Est igitur hæc Olympias xxv. quæ quidem anno ante Christianam, & communem æram incidit quadringentesimo & octogesimo; ita ut primus annus Christi, utroque comprehenso termino, sit qua- dringentesimus octogesimo primus. Docent hoc, & firmissimè persuadent argumenta omnia, quibus epo- cham Olympiadicam l. ix. munivimus. Erat sanè Vecchietus, qui eclipses duas ab Herodoto memoratas in eundem annum conjicit, quo agones Olympici commissi sunt. Est enim hic annus Periodi Julianæ 423.4. in quem binæ quidem eclipses competunt; altera v.11. die Aprilis; altera Octobris secundo. Sed prior in Asia, Græciæve conspici non potuit. Nam Novilu- nium verum Sardibus incidit Aprilis ix. feria ii. hora 0.6. media ferè nocte. Altera Solis defectio Octobris secundo die commissa est, hora 1.44. post meridiem, Athenis: fuitque digitorum ferè 8. Hæc illa est, cu- jus Herodotus lib. ix. mentionem facit. ut lib. x. cap. xxiv. ostendimus. At Vecchietus ambas illas Solis eclipses conjicit in annum antecedentem. Etenim prior- em ille censet eam fuisse, quæ April. xix. contigit; proindeque cyclo Lunæ xv. Solis v. littera BA: qui est annus Periodi Julianæ 423.3. posteriorem confert in Octobris x.11. ejusdem anni. Atqui neutra conspici potuit. Nam in prima parallaxis maxima fuit: adeo ut apparens latitudo summam semidiametrorum exce- serit. In secundâ, latitudo fuit australis, cui adjuncta parallaxis longè ultra eclipticos limites eam promo- vit. Quod alio loco declaratum est. Præterea quamvis anno Periodi Julianæ 423.3. duas hæc defectiones re- vera contigisse fateamur; tamen falsissimum est Olympiadicum certamen anno isto celebratum fuisse. Itaque Vecchietus Olympiadas uno anno prævertit. Unde annum primum æræ Christianæ copiose putat labente anno primo Olympiadis excv. hoc est Iphiti dccxxvii. cum revera nonnisi quarto labente Olympiadis illius inierit. Annus quippe Christi primus, sive Dionysia- nus, & vulgaris ab illo computatur ab Orbe condito Julianus 3953. Hunc si deducas ex annis Periodi Ju- lianæ 4714. reliqui sunt 761. Itaque primum annum mundi inchoat ab autumno anni Periodi Julianæ 761. & ad methodum Julianæ Periodi addenda sunt annis mundi 760. ut annum mundi in Juliana Periodo ab au- tumno incuntem habeas; vel, ut à Kalend. Januariis

incipiat annus, addenda 761. Cum igitur annus pri- mus Olympiadicus in illius tabulis conferatur in an- num 3176. additis, ex methodo, 761. consistit annus Periodi Julianæ 3937. quo Olympias prima ab Iphito celebratur.

Verum ab anno sequenti, 3938. inchoandas esse po- tuit Olympiadas, lib. ix. probavimus. Idem genus hallucinationis & in Angusti Cæsaris annis à Vecchietto commissum est, cujus obitum perperam contulit in an- num Julianum l.v.11. Nam eclipsis illa Solis, quæ xxviii. Aprilis incidit, anno ante mortem Augusti contigit: ac Romæ vix conspici potuit. Commissa est enim in Ho- rizonte Regionum montano syzygia verissima hora 20.31. post mediam noctem: Romæ verò hora circiter 19.49. Sole jam infra Horizontem condito. Erat enim in gra- du Tauri 5.44. quo tempore Romæ dies est horarum 13; 40. circiter. Itaque Sol horis æqualibus à media nocte 18.50. transactis infra horizontem premitur. Vix potuit igitur defectus ille Solaris Romæ conspici. Et ut videri saltem ejus initium potuerit, nequaquam in eum annum incidit, quo mortuus est Augustus, nimium in Consulatum Sextorum duorum, sed in anteceden- tem. ut alibi demonstratum est. Similiter eclipsis illa Lunæ, quæ post obitum Augusti in Panonia conspici- ta est, competit in annum Christi xiv. Septembris xxvii. feria v. Quamquam enim altera contigit anno Christi xiii. Octobris vii. (Nam Plenilunium verum con- gruit hora 19.44. à media nocte Romæ. Latitudinæ motus S. 11, 20, 54.) ea tamen perexigua fuit, ut paul- lò plus dumtaxat triente obscuratum fuerit. cum tamen illa ipsa Taciti integra defectio esse debeat. Ad hæc mors Augusti nequaquam anno Christi xiii. tribui potest. ut ex aliis omnibus argumentis apparet, quæ suo loco disputata sunt. Vide lib. xi. cap. vii.

Rursus in illo Solis deliquio, quod L. Scipione Asi- tico, C. Lælio Coss. accidisse scribit Livius, qui est annus Varronianus dxix. anno Periodi Julianæ 452.4. Vecchietus Livium immeritò reprehendit. Nam revera anno illo Sol defecit Martii xiv. uti suo loco docuimus. At illa, quam in Aprilis iv. contigit, convenit anno Periodi Julianæ 452.2. Urbis Varroniano dxix. in Fas- tis Capitolinis, dxix. quo tempore nulla fuit eclipsis Solaris. propterea quod latitudo erat australis. Novilu- nium verum hora 15.38. à media nocte Romæ. Latitu- dinis anomalia Sig. ii, 24, 39. cui adjuncta parallaxis semidiametrorum summam nimium excedit. Præterea illo ipso Urbis anno Consules fuere L. Quintus Fla- minius, Cn. Domitius Ahenobarbus, non Nascæ, & Acilius Glabrio, quorum Consulatus in annum sequen- tem convenit.

In eo verò Lunæ deliquio, quod Paulo Emilio Con- sule accidit, graviter hallucinatur. Nam & adversus hi- storiam, & in defectiois illius designatione peccat. Quod ad eclipsin attinet; contingere illa Vecchietti debuit an- no Periodi Julianæ 454.5. cyclo Lunæ iv. Solis ix. littera DC. quam ex nostris Tabulis erroris convincendi gratiâ placeat hic describere; nullam ut fuisse constat.

A primo anno Nabonassari usque ad hanc eclipsin computantur anni Ægyptiaci 578. dies 271. horæ 17. in Horizonte Lutetia. Conspecta est igitur anno currente Nabonassari 579. Pauni 2. feria 6. Julii 2. hora 17. post mediam noctem. Ad quod tempus ex Tabularum no- strarum methodo hi motus colliguntur.

Plenilunium medium Julii 2. feria 6. hora 17, 22'.	
Motus Solis ab æquinocetio	S. G. 3, 7, 30'
Anomalia Solis	1, 2, 6.
Anomalia Lunæ,	0, 13, 6.
Motus latitudinis Lunæ	11, 19, 49.
Prosthaphæresis Solis	0, 1, 5, 55". S.
Prosthaphæresis Lunæ	0, 1, 3, 18. S.
Detracta Solis è lunari, residuum	0, 2, 37.
Tempus ad mediam syzygiam auferendam	0, 5. S.
Ergo vera conjunctio	Julii 2. hora 17, 17.
Verus locus luminarium	3, 6, 27, 24.
Propter æquationem dierum adde	2.
Novilunium ergo	Julii 2. hora 17, 29.
In Macedonia vero	Julii 2. hora 19, 8.
Latitudinis anomalia castigata S.	11, 19, 51, 34.
Verus motus latitudinis Sign.	11, 18, 45, 39.
Latitudo vera australis	0, 58, 54.
Semidiameter Lunæ	0, 16, 1.
Semidiameter umbrae	0, 42, 58.
Ambæ simul conjunctæ	0, 58, 59.
Latitudo Lunæ par est summæ diametrorum. Ergo nulla de- defectio contigit.	

Que cum ita sint, vana est & irrita collectio, quæ contra Fastorum omnium fidem unum è numero Con- sulatum annum expungit. Nam intervalla celestium observationum, etiam illarum, quas falso Vecchietus assuit, si suis quæque temporibus fideliter attribuatur, egregiè constant. Annus defectiois Herodoteæ solaris, si qua fuisse, debuit esse Periodi Julianæ 423.3. à quo ad solarem alteram Dionis, quæ anno Christi xx.11. contigit; intercedunt anni Juliani 493. dies 9. At Vecchietus tam Herodoteam perperam exenti an- no quarto lxxiv. Olympiadis assignat, quam Dionem anno; quo excessit Augustus. Par est in reliquarum comparatione fides. Ex hac 7. *παλαιστον* *ἀστρονομία* historia totius apud Vecchietum, ac præcipuarum im- primis epocharum depravata ratio; Olympiadum, Ur- bis Romæ; anni primi Juliani; & insequentium omo- nium; Herodis, Romanorum Imperatorum propem- dum omnium. Nihil denique sincerè ac suo loco red- ditum est. Uno enim anno perpetuò verum tempus an- tevertit. quod in paucis ad speciem exemplis, vel ex- peritundæ methodi nostræ, doctrinæque gratiâ libet osten- dere.

CAPUT XLIII.

Quantum in Herodis tempore, & Passione Christi Vecchie- tus hallucinatus sit, palam demonstratur.

UT ab Herode Judæorum rege sumamus initium, quæ de illius exordio diligenter in lib. x. disputata sunt, satis evincunt, si Josephum auctorem sequimur, aspiciatam illum fuisse anno vi. Juliano, qui est Peri- odi Julianæ 4674. Consulibus Calvino, & Pollione: se- cundum autem primordium in annum ix. Julianum, Periodi Julianæ 4677. cadere, Consulibus Agrippa, & Caninio Gallo. mortuum denique anno Juliano xi.11. At Vecchietus Herodem à primo exordio regnasse pa- tat annos xi. cum aliquot hebdomadibus: à secundo verò, annos xxxvii. mortuum autem anno ipso, in quem Natalis vulgaris incidit; Periodi Julianæ 4713. quem ille ab Orbe condito numerat 3952. Verum ab- surdum est, Herodi xi. annos assignare, cum xxxvii.

non amplius, regnaverit. Deinde pluribus argumen- tis adstruximus, ex Josephi, & Dionis historia neces- sario consequi, triennio ante tempus illud Herodem obiisse. Vide quæ lib. xi. super ea re differimus.

Quod ad Christum Dominum attinet, natum eum temerè definit Martii xxv. non modò contra commu- nem, antiquissimamque *μαρτυρίαν*; verum etiam sine ullo certo novæ opinionis argumento. Sed in anno ipso Passionis minus est illius ratio tolerabilis. Christum enim libro quarto passum exiit Martii x. feria vi. anno iv. currente Olympiadis cxi. quarto die ante oppositionem veram, quæ Aprilis xiv. contigit. Hunc annum mundi 3984. numerat. qui est Julianæ Periodi 4545. æræ communis xxxii. quo Coss. fuere Cn. Do- mitius Ahenobarbus, & Vitellius Nepos, anno U. C. dclxxxv. Juliano lxxvii. Quamquam ille perperam Coss. hunc annum notat Ser. Sulpitio Galba, & L. Cor- nelio Sulla; qui in sequentem congruunt. Porrò eod- em anno vera Oppositio luminarium contigit Aprilis xiv. circa mediam noctem, ineunte feria ii. quem diem Nisan xv. appellat. unde xiv. dies Nisan cadit in fe- riam vi. antecedentem, cujus ad vespèram Judæos ait Pascha celebrasse. Ex quo duo quædam absurda, falsæque concludit: Alterum, Christum Dominum anno illo legitimum Pascha minimè celebrasse, neque agni epulo functum esse: Alterum, non in azymo panè, sed in fermentato consecrassè. Hæc portentosa novi illius anni ordinatio peperit. Ex his autem duobus, prius Græcis quibusdam Patribus venit in mentem; veluti Petro Alexandrino, & aliis, quos hoc libro cap. xviii. commemoravimus. Posterius hodièque Græci tuerentur; sed dissimili, ac Vecchietus, in causa sunt; & ali- quanto minus invidiosa. Nam & Christum epulum Paschale peregrisse volunt; & quòd alio, ac Judæi ca- teri, tempore celebraret, fermentatum ulum esse defen- dunt. Vecchietus prius illud sustulit. Nimis id qui- dem audaçter. Atqui causæ nihil habuit, cur novum hoc, inauditumque monstrum opinionis inveneret. Neque enim inest in illius argumentis ponderis tantum, ut vel mediocriter harum doctrinarum perito scrupulum injiciat. Nam non aliunde, quam ex perpetuis para- logismis, & hallucinationibus conflata sunt; quæ nos paulò ante discussimus. Sanè Christum ex legis ma- dato

Plenilunium



Judaicum Pascha postrema illa vespera cum Discipulis egisse, tam aperte testatur Evangelium, ut Vecchietti iudificationem omnem respuat. Matthæi xxvi. 18. interrogatus ab Apostolis: *Ubi vis parare tibi comedere Pascha?* respondet. *Ite in civitatem ad quemdam; & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.* Præfens hic tempus pro futuro, vulgari loquendi consuetudine. Si igitur facturum se Pascha denunciavit, utique fecit. neque enim mentiri potuit. Sequitur: *Ei paraverunt Pascha. Vespere autem facta, discumbebat cum duodecim.* Quis non intelligit, discubuit illum, atque cenam ad id, de quo proximè loquebatur, Pascha pertinere? Eadem & apud Marcum leguntur cap. xiv. Ibi primùm in ædes certi hominis condicit, ac parari Pascha jubet; eoque se sub vesperam confert. Quid illud Lucæ xxii. 15. *Accumbens cum suis Dominus; Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. & non in Pascha manducabo vobiscum, nisi manducabo illud.* Hæc frustratio est Evangelicæ veritatis, ac sententiæ. An est aliud hoc Pascha manducare, quam agno Paschali vesci? An verò festum ipsum tempusque manducari dicitur. Pergit Christus: *Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei.* quæ Vecchietus sic accipit. *Ex hoc, inquit, quòd vehementer desideraverim manducare, tamen; Non manducabo illud. Hæc nequaquam possibile est, has duas particulas; ex hoc accipi in significationem temporis pro, posthac; sed in rationem omnino accipi debent consequentia.* Quod duobus aliis Scripturæ locis illustrat. Lucæ i. in B. Mariæ Cantico: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent, &c.* Ex hoc scilicet, quòd humilitatem meam respexerit. Sic ejusdem Lucæ cap. xxii. 69. *Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.* Ex hoc nimirum, quod non creditis mihi, neque dimittetis. Hæc Vecchietus. Qui si Græca consulisset, non tam absurde interpretationis auctor existisset. Nam in tribus illis locis Græca vocabula commentum illud respuunt. In Cantico B. Virginis *ἰδὲ ἡ δὸς ἡ υἱὸς.* *Ecce enim ex hoc tempore.* Cap. xxii. 69. *ἰδὲ ἡ υἱὸς ὁ υἱὸς ἡ ἀνθρώπων καθύψω.* *Ab hoc tempore erit filius hominis sedens, &c.* Atcom. 16. *λέγω ὑμῖν, ἐπὶ ἐξέτι ἡ μὴ φάγω ἔτι αὐτὸ.* *Dico enim vobis, quoniam non amplius manducabo ex ipso.* Sed nec illud meliori jure Vecchietus assumit; Christum non Hierosolymis, sed in Bethania coenam illam postremam egisse. Quippe Discipulis ita præcipit: *ἰνα γὰρ εἰς τὴν πόλιν: ἰτε in civitatem, Matthæi xxvi. Marc. xiv. Lucæ xxii. ἀποδοῦναι ὑμῖν εἰς τὴν πόλιν.* quæ vox de Bethania vico usurpari non potest. Ex iis etiam aliud, quod erat consequens doctrinæ illius, evertitur; Christum fermentatum non azymum panem ad sui consecrationem corporis adhibuisse; quòd, inquit, Paschalem agnum, non comederit. Ambo enim ista falsa sunt, & à regula Catholicæ veritatis aliena.

Lib. 4. cap. 13. & 35.

Lib. 4. cap. 38.

CAPUT XLIV.

Resellitur opinio Vecchietti super annis tribus, quos in vulgares Fastos inculcandos asserit.

QUOMODUM inter Consules anni ab U. C. 272. & quartum Cæsaris Consulatum par unum Consulatum exemit: ita lib. vi. triennio breviores esse vulgares Fastos existimat, atque annos istos inter Severum Imperat. & Constantium inculcat. Hoc ante se neminem animadvertisse dicit; neque porrò fortassis observatum quempiam, nisi cælesti luce mentem suam Deus illustrasset. Verùm nova hæc observatio iisdem, quibus illa superiora, firmamentis innititur; hoc est hallucinationibus, & paralogismis. Septem igitur lunarium deliquia, quæ ab anno necis Cæsaris ad Severi octavum annum inciderunt, cum totidem confert, quæ ab anno Christi cccxlviii. ad mdcxvii. conspecta sunt. Prioris septennarii prima est illa defectio Solis; quæ Coss. Julio Cæsare, & M. Antonio contigit, anno mundi 3908. cuiusque meminerunt lib. i. Georg.

Virgilius, & Plinius lib. ii. cap. xxx. Ea verò cadit in diem xxviii. Maii. Secunda contigit ante mundi 3952. paulò ante mortem Herodis. Tum enim defecisse Lunam testis est Josephus lib. xviii. cap. viii. Tempus est ix. Januarii. Tertia est itidem lunaris, duobus Sextis Coss. Octobris vii. altero mensis post Augusti mortem; anno mundi 3965. Quarta in annum mundi 4010. Neronis v. convenit, Vipianio, & Fonteio Coss. Maii xi. mane: quod testatur Tacitus lib. xiv. Quinta incidit in annum 4049. quando Sol defecit paulò post meridiem diei ultimi Aprilis, eodem anno, quo mortuus est Nerva, ut auctor est Aurelius Victor. Ex quo liquere dicit, nequaquam Januario mense, ut vulgò memorant, obiisse Nervam. Sexta pertinet ad annum mundi 4086. Adriani xix. quo Luna defecit ea nocte, quæ consecuta est Octobris xx. cuius meminit Ptolemæus lib. iv. cap. vi. Septima congruit anno mundi 4152. Severi viii. Coss. Anno Fabiano, & Nonio Muciano. Sol enim tunc Cal. Aprilis matutino tempore defecit. Hujus mentio est apud Tertullianum Apol. ad Scap. cap. iiii.

Cum his septem aliæ comparantur. quarum prima est, quæ anno Christi cccxlviii. mundi 4300. contigit. Sol enim meridiem diei xv. Aprilis defecit: ut refert Cassiod. in Consulatu Philippi & Saleæ. Secunda Solaris exstitit anno mundi 4345. Christi cccxciii. Theodosii senioris xv. cuius mentio est apud Hieron. Epist. lxi. Coss. Theodosio iiii. & Abundantio, circa dies Pentecostes, quæ fuit Junii v. Defectus verò Solis in meridiem diei xxviii. Maii. Tertia, quæ & lunaris fuit, cadit in annum mundi 4632. Christi dclxxx. Constantii Pogonati xiiii. nocte quæ antecessit Junii xviii. Anastasius in Agathon. Quarto, anno mundi 4792. Christi dcccxl. in Vigilia Ascensionis diei v. Maii, Sol defecit paulò ante mortem Ludovici Imperat. ut est in veteri Chronico. Quintò, anno 4985. Christi 1032. Conradi Imperat. vii. Sol meridiem defecit Junii xxix. feria vi. ut ex Glabro refert Baronius. Sextò, anno mundi 5191. Christi 1239. Friderici Imperatoris secundi xix. Junii tertio, feria vi. hora nona Sol defecit. Ita refert Ricordanus Malepinus Florentinus historiæ Florent. cap. 135. Septima denique lunaris eclipsis illa fuit, quæ anno mundi 5569. Christi 1617. accidit, Septembri mense, sub initium noctis sequentis feriam iv. Augusti vi. anni veteris, vel Gregoriani, xvi.

Ambo isti septennarii integris, ac legitimis intervallis constant; nihil ut iis addi, detrahendum est ei spatium, quod interjectum est inter annum Christi ducentessimum, ac Severi viii. & trecentessimum quadagesimum octavum: qui est Constantis xi. Philippo & Saleæ Coss. Porrò triennium illud ita dispensat. Antonino Caracalle unum amplius imputat, quam Fasti vulgares. Diocletiano verò duos. Illum septem annis solidis; hunc duobus & viginti imperasse dicit.

Sed nova hæc Fastorum emendatio proflus inutilis est; quam sola auctoris hallucinatio peperit. Neque enim intelligit veruram se facere, dum aliunde triennium eximit, quod alibi præter rationem, præterque Scriptorum fidem inserit. Annus ille, quo Philippus & Sallæ Coss. fuerunt, omnium consensu trecentessimus quadagesimus & octavus est æræ Dionysianæ: quo Novilunium incidit Aprilis xv. feria 6, 3, 17. cyclo Lunæ vii. cyclo Solis xxi. littera C B. Rursus anno Christi ducentesimo Novilunium accidit Lutetia Aprilis i. feria 3, 14, 57. Intervallum annorum Julianorum 148. dierum 13, 12, 20. Colliguntur dies 54070. horæ 12, 20. quæ syzygias integras complect 1831. Vecchietus autem biennium adimit Probo: quem annos tantum quatuor expleffe dicit tertium Caro, cui unicum annum attribuit. Unde, ut Fastorum suorum ruinam sulciat, totidem annos importunè aliis locis inculcat. Quare nullum hic quidem in castigatioribus Fastis vitium est, sed in Vecchietianis annalibus. Quod enim ad Diocletianum attinet, utrumque perperam asseverat; & anno Christi cclxxxiii. cœpisse, & duobus ac viginti annis imperasse. quæ de re lib. xi. fufe disputavimus: ibidemque de Maximiani primordio egimus.

Quod ad eclipses ab eo memoratas attinet, in plerisque fugit illum ratio. Nam ex septennero nulla fuerunt. De prima septennarii primi Solis defectione, quam eo anno contigit vult, quo Cæsar occisus est, satis actum

actum est à nobis lib. x. cap. lxiiii. Ibi solem minime tum defecisse demonstravimus. In tertia eatenus aberat, quòd reipsa quidem Luna defecit; sed non amplius quam in parte diametri tertia: ut supra docuimus. At quæ mortem Augusti consecuta est, integra fuit. Vide lib. xi. cap. vi.

Sed absurdissimi sunt illius calculi in quarta Solis defectione, quæ Vipiano, & Fonteio Coss. imputatur. Hanc ipse Maii xi. anno communis æræ lvi. accidisse putat. Sed dupliciter refellit. Primò, quòd eclipsis illa pridie Kal. Maias commissa est, teste Plinio, lib. ii. cap. lxx. Secundò, quòd altera illa nocte ferè contigit, adeoque videri non potuit. Siquidem Novilunium verum Romæ factum est hora post mediam noctem 5, 13. apparet hora 4, 7. Sole in Tauri gradu 17, 39. versante. quando ortus ejus incidit in horam 4, 55. Itaque nominis perexiguam solaris deliqui particulam commodum oriente ipso Campania videre potuit. At Plinius hora inter septimam & octavam contigit memorat. Vide lib. viii. cap. xii.

Sic & solaris illa defectio, quam sub Nervæ obitum evenisse scribit anno Christi xcvi. Aprilis xxx. falsissima est. Quippe latitudo fuit australis. Motus verus latitudinis Signorum 6, 10, 32. Latitudo ergo, 54, 34, quam parallaxis auget. Quare nulla fuit defectio hoc quidem in hemisphærio. Sed neque septima anni Christi ducentessimi propter eandem causam conspici potuit. Novilunium verum Uticæ in Africa commissum est Aprilis i. hora post noctem mediam 9, 25. Verus motus latitudinis Signi 11, 25, 16, 38. Latitudo vera australis, 24, 35. apparet ob parallaxin multo major semidiametrorum summa.

Rursus in altero septenario prima eclipsis, & secunda perperam conceptæ sunt. Nam quæ anno Christi cccxlviii. Philippo & Saleæ Coss. accidit, Octobris ix. conspecta est, feria i. hora 7, 31. fuitque digitorum 8. Constantinopoli. At verò Aprilis xv. eodem anno eclipsis Solis nulla. Novilunium verum hora 10, 39. Motus latitudinis verus Signi 11, 24, 18. Latitudo vera, 29, 41. Apparens, addita parallaxi, major summa semidiametrorum. Proinde nulla eclipsis hoc in hemisphærio contigit.

Alterum Novilunium anno Christi cccxciii. Maii xxviii. hora 11, 23. circiter Hierosolymis. Sed motus latitudinis australis Signorum 6, 7, 0, 44. Latitudo vera 36, 19. quæ cum semidiametrorum summam superat: tum parallaxi fit etiam amplior. Quocirca vanæ sunt, ac mendosæ novi illius Prophete tabule; conatus omnis irritus. neque quicquam ab eo, aliòve propositum est, propter quod communis, & hæctenus à nobis affirmatæ, constabilitate Chronologia penitere nos oporteat. Hic igitur duodecimus Operis totius, ac secundæ & tertiiæ partis quartus liber definit, quem quidem, ut & reliquos, solenni epologo concludemus.

Epilogus libri xii. de Doctrina Temporum.

DEMONSTRATUM est igitur hoc in duodecimo libro, falsa & absurda esse omnia, quæ in vi. de Emendatione Temporum libro de Natali Domini, deque Paschatibus ab eo tractatis, & Passione. tum de Danielis hebdomadibus, historia Esther; Francorum primordiis, ex inventis suis disputavit Scaliger. Proinde

Quicquid in sexto de Emendatione Temporum libro omnibus ferè paginis novi, à seque exco-gitati Scaliger attulit; tum quæ in Isagogicis Canonibus ad eadem argumenta disputavit, falsa, & absurda sunt omnia. Quod erat demonstrandum.

